



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XXXIV. Castrorum veterum leges & consuetudines.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

discere: nihil enim, neq. tam salutare, neque tam necessarium inuenitur in bello: quippe si recte constituta sunt castra, ita intra vallum securi milites dies noctesq. peragunt, etiam si hostis obsideat, quasi muratam civitatem videantur secum ubique portare. sed huius rei scientia prorsus interdicat: nemo enim iam diu ductu fossi, praefixusq. sudibus castra constituit. sic diurno vel nocturno interuentu equitum barbarorum, multos secum frequenter afflictos. Non solum autem confidentes sine castris ispatiuntur, sed cum in acie casu aliquo caperint cedere, munimenta castrorum, quod se recipiant, non habent, & more animalium inulti cadunt. Nec prius moriendi finis sit, quam hostibus voluntas defuerit persequendi. Castra etiam inter summa pericula muniabant, Veget. l. 1. c. 25. Sed facile est absentibus aduersariis castra munire: verum si hostis incumbat, tunc omnes equites, & media pars peditum, ad propulsandum impetum ordinantur in acie, reliqui post ipsos ductu fossi muniunt castra: & per praconem indicatur, quae tentoria prima, quae secunda, quae tertia, donec opus omne impleretur. post hoc à centurionibus fossa inspicitur, ac mensuratur, & vindicatur in eos, qui negligentius fuerint operati. Ad hunc ergo vsu instituentus est tiro, vt cum necessitas postulauerit, sine perturbacione, & celeriter, & caute possit castra munire. Bello Africano pars aciei in campo stabat, alia opus faciebat. Bello Hispanienfi contra Afranium, tertia acies opus occulte faciens fefellit hostes.

§. 8. Aliam & celerem muniendorum castrorum rationem tradit Mendoza, p. 1. c. 52. Trabeculas vertebis deuinxit, & breuissimo tempore, pegma quadratum, triginta pedes Geometricis altum, sexaginta latum crexit, talia quatuor nō modo tuendis, sed etiam toto campo infestando sufficiunt; si idoneis locis collocentur, compleri enim mos querariis, aliisq. militibus possunt. Ligna nō maiora requirit, quam vt collecta equis vel mulis vehi possint; super ea nihilominus specula alta quinquaginta pedes collocari potest. Hoc celeriter fieri potest; addenda tamen alia; nam machinis facile illa pegmata deicij possunt.

§. 9. Muniendis castris, & cingendis hostibus, quaedam olim quasi barbarica fuere, quae vtilitate exigua habuerunt, alia necessariae tutelae profuerunt. Vtile omnino opus fuit, quod Caesar l. 1. bell. Gall. fecit. Cum vna enim legio quam secum habebat, militibusque qui ex provinciā conuenerant, à lacu Lemano ad motem Turam, millia passuum nondecim, murum in altitudinem pedum sedecim, fossamq. perduxit. Eo opere perfecto, praesidia disponit, castra communit, quod facilius, si se inuito transire conarentur, prohibere posset. Sic Heluetios terruit, vt consilium & spem erumpendi abijcerent. Spacium erat quinq. milliariorum nostratum, quod castellis munitum Caesar insedit. Verum si Heluetij ausu illo territi nō fuissent, non difficile fuerat murum aliqua in parte perumpere & fossam complere. Idem Caesar nō magno milite, cum Alesiam obsideret, contra multa millia hominū, quae in vrbe erant, & ducenta quadraginta millia peditum, & octo millia equitum, munitus urbem cepit. Primo, in circuitu munitionem fecit; per vndecim millia passuum, fossam viginti pedū. ea recedens quadringentos pedes alias munitiones fecit. Ea erant, duae, fossae quindecim pedes latae, eadem altitudine: quarum anteriorem aqua ex flumine deriuata impleuit. post istas, aggregem & vallum pedum duodecim exstruxit: siue loricae pinnaeque adiecit, grandibus ceruis eminentibus, qui aduersum hostium tardarent. Et turres toto opere circumdedit, quae pedes octoginta inter se distarent. Contra eos qui auxilio obsessis veniebant, alias munitiones similes exstruxit, quatuordecim millia passuum complexus. Barbarum & ad ostentationem, quod Pompeium muro qui ducēta, & mille stadia habuit, claudere conatus est, quod circiter 150. milliariū spacium, nostratum milliariū 37. Nec enim Magno oberat tātis machinationibus, & quam facile perumpere ista poterat Pompeius militari manu? Lucanus hunc in modum describit:

Franguntur montes planumq. per ardua Caesar
Ducit opus: pandit fossas, turrita q. summis
Disponit castra iugum, magnosq. recessus
Amplexus fines, saltus, nemorosaq. resqua,
Et sylvas, vastaq. feras indagine claudit.
Non desunt campi, non desunt pabula Magno,
Castrisq. Caesareo circumdatus, aggere mutat.
Flumina tot cursus illic exorta fatigant,
Illic mersa suos: operumq. vt summa reuiscat,
Defessus Caesar, medijs intermanet agris.
Nunc verus Iliacos attollat fabula muros,
Adscribatq. Deis: fragili circumdata castra
Moenia mirentur refugii Babylonia Parthi:
En quantum Tigris, quantum celer, amabit Orontes,
Assyriū quantum populos telluris Eoa
Sufficit in regnum, subitum bellig. cum multis
Raptum clausit opus, quanti perire labores!

Crassus contra Spartacum fossam 300. stadiorum, latitudine & altitudine pedum quindecim struxit, super fossam vero vallum struxit, altitudinis, & firmitatis admirandae. Plutarchus in Crasso. Haec ad munimenta pertinent, quae nunc alia ratione fiunt, ob bellica tormenta, sed in castris negliguntur.

§. 10. In castris ipsis erant tentoria, quae firma fuisse videntur, quia vt ait Polybius, etiam tela arcebant. In hybernis & statiuis forte ex tabulis, stipitibus, contextu sepimenti, alioqui e corio erant, & funibus tendebantur, poterantq. hoc modo tela viribus defecta morari. Isidorus tabulas & cortinas addit, cortinae e lino facile resisteant telis imbellibus, imo fortiter vibratis, maxime pendule, Pellibus sane superiora tegebant. Tac. de Phrisiis. Tributum iis Drusus modicum iusserat pro angustia rerum, vt in vsus castris coria bouum penderent. Caesaris milites in bello Africano, alij ex vestimentis, arundinibus, Stoeisq. tentoria faciebant. Belisarius ex tabulis habet apud Procopium l. 2. belli Persici. Herodes apud Trebellium sigillata tentoria, & auratos papilionis. Ea vero erat magnitudo, vt omnes facile caperet, imo etiam aduenarū aliqua multitudo recipi posset. Si plures legiones, castra ampliora erant, si duo consules, singuli praetorium, ordinēq. duplicato spacio tenebant, vt tradit Polybius. Castra maiora & minora in Cannensi pugna legimus, iusto intervallo distincta, sine dubio iusta de causa, quamuis explicata non sit.

CAPVT XXXIV.

Castrorum veterum leges & consuetudines.

SUMMA est in castris disciplina, summus ordo.

1. Duo manipuli curam habent loci, qui est ante Tribunos, sumuntur ex hastatis & principibus. Locutus ille est principia, vbi conuentus, omniaq. transiguntur.

2. Tabernaculum Tribuni tres manipuli statuunt. Vegetius l. 3. c. 8.

3. Ex his & binæ excubiae, alia ante, alia post tentorium.

4. Apparitorum loco illi erant; Alexander Seuerus apparitores nullos esse passus; Tribunis aut ductibus nisi milites, anteire noluit.

5. Triarii equitibus, vt dignioribus ciuium excubiam praebant. Polybius. Equos curabant, obseruabant:

6. Imperatori vnus in diem manipulus excubabat.

7. Ad portas stationes erant, integrā namque cohortes, & equitum turmae excubabant. Interdū procul castris, & cohortes plures. Eas stationes agrarias vocabant. Plures sane erant, & capitale erat cessisse,

Melior Castrorum murus.

Tentoria firma.

Tentoria.

Ordo castrorum tenendus.

Excubiae.

Apparitores.

Equites.

Excubia.

Imperatoris.

Stationes.

Stationes.

agrariae.

Mira Caesaris opera.

Ingenia castra.

Inutilia Caesaris munitiones.

*A statione
cessisse ca-
pitale.*

cessisse nisi magnâ vi abriperentur. Ita Polybius, Suidas. Et Suetonius in Aug. Centuriones statione deferta, iudem vt manipulares capitali animaduersione puniunt. Caput erat tesserarum cauta distributio.

*Tessera ma-
gna.*

8. Quanta cura sit habenda tessera Pammenes docuit. Postquam enim cum paucis conclusus, euadere non posset, è castris hostium per transfugam tesseram cognouit, eaque fiduciâ, per media castra suos duxit, multique hostium caesis euasit.

9. Tesserarum ratio vetus diuersa à nostra est, tabella signabatur, & ante tenebras referebatur; interdum vtilia mandata eo ordine nunciabantur, nunc tantum enunciantur signa, Tribuni à duce, tesserarum à Tribunis accipiebant.

10. Manipulus ad prætorium noctu excubabat, tres vigiliæ deinde, ad quæstorem vna, ad Tribunos binæ instituuntur noctu.

11. Velites vallum complent, paræ quoque vigilibus tesserae dantur.

*Circum-
tiones seu-
ra.*

12. Nihil seuerius circuitionibus. Equites circumibant noctu, interdum in periculo Tribuni, & ipse Imperator. Vigiliæ aliquando sine intermedio spacio constitutæ sunt, postea circumierunt & centuriones. Tadem proprium officium fuit eorum qui circutores vocati. Qui primus in Turma decurio erat, hoc munus obibat.

His scripto designabat Tribunus, quotam vigiliam, & quot obire oporteret. Cum amicis circumit, delinquenti in nocturnis excubijs militi, aut circutori, fustuarium pœna est.

13. Diligens cura excubiarum, tintinnabulis certo ordine, eodem tempore pulsatis exigitur. Alcibiades cum suorum negligentiam in excubijs timeret, imperauit, vt cum ex arce lumen ipse ostensurus esset, omnes lumina attollerent, pœnas daturum, qui neglexisset, dum ergo ad hoc signum intenti vigilantes, periculum vitarunt.

14. Paulus Æmilius vt diligentius peruigilaret, inermes excubare iussit. Plutarchus in Paulo.

15. Omnes aduenæ interrogandi, vt de exploratoribus constet.

16. Vigilia nostra prima est à solis ortu ad meridiem; secunda ad occasum; Tertia ad mediam noctem; quarta ad ortum, his obeunt ordinarie eas magistri excubiarum, interdum duces, & quibus illi committunt.

17. Si noctu hostis inuadat, classicum canunt excubitores, & indicant vnde veniat; Excubitores se iungunt, & hostem expectant. In ducis deinde custodia classicum canitur.

18. Crebra admonitione assuefaciendus exercitus, vt nulla res, nulla voce audita moueatur, nisi à ducibus, præfectisque, perficiatur. Id vero vel maxime noctu cauedû, quia illud repus maxime terroribus obnoxius est.

CAPVT XXXV.

Iter militare.

§.1. **V**ETERVM iter militare duplex fuit, vt monet Polybius. E castris suis discedit hunc in modum. Cum primum signum datum est, tabernacula sua dereli-
dunt, & sarcinas componunt omnes. Sed nec detrahere, nec constituere cuiquam tabernaculû fas, priusquâ Tribunorum & Imperatoris erigatur, deponaturue. Cû vero secundum signum sonuit, imponunt sarcinas iumentis. Cû tertium, procedere oportet primos & mouere tota castra. Ad primum aut agmen plerumque ponunt Extraordinarios. his succedit sociorum cornu dextrum. Post istos sequuntur iumenta prædictorum. Horum agmini succedit & consequitur Romana prima legio, à tergo habens vala sua & impedimenta: tû secunda legio, quâ subsequuntur iumenta sua, & sociorum item impedimenta, qui ad tergum locati sunt. Vl-

timum enim in agmine est sociorum cornu sinistrum. Equites porro interdum à tergo sunt, quisque suæ parti, interdum ad latera iumentis ad equitat, continentes & coercentes ea & securitatē item præstantes. Cû aut suspicio à tergo est, reliqua quidem eodem modo atque ordine manent, ipsi tantum Extraordinarij fronte tergum curant, eoque traduntur: alternis aut diebus altera legio, & alterum cornu præcedunt, eademque rursus sequuntur. Vt comodi scilicet. quod ex a-
quatione aut pabulatione integrâ & illibata euenit, æqualiter omnes participes fiant, mutantes semper ordinem, vt alternatim primi incedant. Vtuntur & alio genere agminis temporibus intutis, cum patentes habent locos. Ducunt n. triplicem phalangem siue aciem æquidistantem, Hastatorum, principum, Triariorum, iumenta primorum manipulorum omnibus præponentes; post aut primos manipulos, iumenta secundorum; post secundos, tertiorum: atque hoc modo semper alternatim iumenta collocantes. Ita agmine constituto, si quid hostile incidit, aliâ ad scutum inclinantes, aliâ ad hastam, producunt manipulos ex iumentis & impedimentis in hostium aspectum. Ceterum breui tempore armorum corpus accipit pugne ordinē: nisi quod euoluere Hastatos oporteat, & iumenta, ac subsequenter ijs multitudinē habere conuenientem locum ad discrimen. Cum verò appropinquauerint vbi castra ponenda, præeunt Tribunus & Centurionum illi, qui ad hoc munus semper electi sunt. Crebro ista mutata, occasione locorum, hostium, auxiliorum. Joseph. l. 5. belli Iud progredientem in hostilem terram Titum præbant regia auxilia & omnes sociales copiae: ac post eorum armatos ipse Titus, cum alios selectos, tum lancearios (siue speculatores) habens, post ipsum equites legionum, qui machinas anteibant: & post has, vnâ cû selectis Tribuni & cohortium præfecti, secundum istos, circa Aquilâ signa, & ante eam, Eneatores, post istos ipsa phalanx (siue legionum agmen) senum virorum ordinibus dilatata, seruitia autem & Calones cuiusque legionis retro eam, & ante ipsa iumenta. Vltimi vero omnium, Mercenarij, eorumque custodes, Vragi, siue agminis coactores.

Exercitum in duas partes fere hodie diuidit, priorem vocant vltimo iam vocabulo, Auangardi, posteriorem Retroguardi, cum maior est multitudo addunt mediam, quam appellant Bataillon; ita peditatus diuiditur, equites alio modo partiuntur periti duces. Quâvis aut eodem modo fere semper castra ponerent, tñ habuerunt, qui præirent, quia postea metatores dicti, Sili: *Bolanus sustinuit a comoda quærere castra.* Nostorum in itinere omnia melius constituta sunt, maxime ob curuum multitudinem.

Loco ignoto ducibus, transfugis, & interdum vinctis utebantur: nota erat eos recta ducere, si consentientia loquerentur.

§.2. Itinerum, cum in propinquo est hostis, maiora sunt, quam aciei, pericula. Hoc igitur agendû, vt perfectio aciei sit quam similima. In acie oēs animis, corporeque armati sunt, locus cognitus, hostis ante oculos: contrarium in itinere contingit, quocirca ita instituendum est, vt cautissime omnia caueantur.

Primum igitur est itinerarium omnium regionum, inquit Veg. l. 3. c. 6. Miserandi olim Franci, qui contra Fredegundem ducebant, vt ne in proprio quidem regno vias explorarent; Fredegunda n. triplicem frondium ordinem exercitui præmisit, cum tintinnabulis, vt hostis in syluam, & pascuentia iumenta incidere se arbitratetur, lux enim adhuc maligna erat. alio modo Graecus suos attenuos esse coegit. Vigilantiam enim Diocles insigni artificio excitauit; nam cum sine ordine incederent, tesseram saepe commutauit, itaque adesse hostem suspicati, instructa acie proficiscebantur.

§.3. Ratio itineris fere est, quæ aliarum rerum bellicarum,

*Triplex ag-
men.*

*Locorum
exploratio.*

Itinerariū.

*Iter igno-
rum.*